Lucam breuiter historico .Augustinus quoque ex te totum
Iulius possidet. Ita et in moysi et prophetarum
voluminibus et epistolis pauli quedam de libris gentilium
assumpta sunt. Idem etiam potest dici de apocrifis. ubi
quia de magicis presumptionis loquens paulus ad
thimoteum ita scribit. Quemadmodum iannes et mambres
restiterunt moysi Ita et hii scilicet heretici resistunt
veritati. Cum vtique magorum nomina non in veteri
aplus in diuinis libris sed in apocrifis. Vt dicit
ibi glosa. Iudas quoque in canonica sua de malis
hominibus loquens ita scripsit. prophetauit autem de hiis
septimus ab adam Enoch etc. Cum tamen liber
enoch inter apocrifa computetur. Nec tamen alii
libri apocrifi legendi sunt nisi seruando
quod dicit aplus omnia probate quod bonum est tenete.
Vnde ieronimus contra vigilancium. Sic ita loquitur operis inquit
ac studii mei est multos legere vt ex plurimis
diuersos carpa flores. Non tam omnia probaturus
quam que bona sunt electurus. De continentia operis
Totum igitur opus illud summatim continet iuxta
seriem temporum historiam rerum in mundo gestarum
dictorumque memorabilium ab initio seculi usque
ad tempus nostrum. multa interserens vtilia de gestis
ac dictis ethnicorum. Tangit quoque historias
ecclesiasticas per successores romanorum Imperatorum
vsque ad illum qui nostris temporibus imperat. Fredericus
et variosque euentus bellorum errores quoque
paganorum iudeorum ac hereticorum Nomina quoque
et dicta nobilia phylosophorum et poetarum. gesta
quoque laudabilia passiones et miracula sanctorum
flores quoque non paucos doctorum et constituta
sanctorum Initia quoque et profectus diuersorum ordinum
atque professionum. Diuisum est opus prius in quatuor
partes principales. tum in quatuor volumina. perfecta
et in se inuicem separata distinxi. Quarum vna
continet totam historiam naturalem. Alia totam
seriem doctrinalem. Tercia vero totam eruditionem
moralem. Quarta totam historiam temporalem. Prima
siquidem prosequitur naturam et proprietatem omnium rerum
secunda vero materiam et ordinem omnium artium. tercia vero
proprietates et actus omnium virtutum ac vitiorum
et quarta seriem omnium temporum. Et quarta quidem pars
que prius est a creatione primi hominis procedit
iuxta cronicas Eusebii ieronimi prosperi Sigiberti
Iustini pompei trogi orosii Iulii celsi
Suetonii Eusebii cesariensis Ruffini aquileiensis
Hugonis floriacensis Cassiodori
Iosephus Egesippus Iosephus egesippus ysidorus et sancti Theophrastus
Herodotus Sigebertus quartus de sancti et cesarius Cassiodorus et pasthius

Cassiani et tripartite. Reliquis vero dictorum multorum
historiographorum. Ieronimus super danielem dicit
Multiplex grecorum historia nostra est. Sat-
urnini videlicet et Callinici. dyodori herodoti
polibii possidonii Claudii theonis et
andronici. Quos porphirius dicit se esse secutum.
Iosephi quoque et eorum quos ipse ponit precipueque nostri
liuii etc. Cum vsque ad augustum bella describunt
Ibidem. Sepe deus malos reges patitur
suscitari. Et mali malos puniat. Ideo neccesse
est historias texere. quibus eruptio nouas morbum
calamitates horum inueniat. Quas hec nunc
magis corpore senti quam traditionibus legam.
Naturale enim est magis noua quam magis mirari.
Vt dicit Seneca libro quarto naturalium et idem libro declamacionum.
dicit acrior est cupiditas ignota cognoscendi
noscendi quam nota repetendi. Notandum etiam
si etiam paganos fecisse legam miracula.
ista nequaquam fuisse vera miracula sed prodigia
mediatia. Ipsorum demonum sicut et cultores
suos fallaciter egisse vel ondisse quatinus
fallaciis eos in cultu suo possent facilius
detinere. Et quia totum istud opus vniuersale
speculum maius dici merito appellare curaui
etiam et ipsis partibus idem vocabulum placuit
attribuere. vt videlicet prima vocetur speculum naturale
secunda doctrinale tercia morale et quarta historiale.
Nunc incipit Bibliae secundum hebraicam veritatem. Auctor et
Primus liber qui est videlicet totius volumnis
secundus liber continet breue epilogum
et historiam .ZZ.Q. annorum videlicet a creatione
primi hominis vsque ad mortem ioseph primi
egipti et in paucos finitur. hebreorum vsque
ad ortum moysi habet capitula .121. In quorum
capitulo 16 dicit de creatione primorum parentum.
Adam et eua sicud credi ipsa die sue
creacionis .i. sexta die mundi in paradiso
et meridie preuaricati sunt et paulo post
circa horam nonam eiecti. Ex cronicam petri
In quadam tamen cronica venerorum que et
hodie extant vel etiam scilicet mathie ibidem dicit
septies quatuor temporum annis in paradiso
fuisse et anno eius 29 expulsum. Egressus
autem de paradiso egressi sunt Anno itaque XV
vite adam .15. natus est ei Cayn et soror
eius Calmana quam cayn postea duxit XXX
vxorem. Post alios 15 annos natus est Abel

naturale
doctrinale
morale
historiale
ex prologo Auctoris
Actor et [illegible] ad incipiens dicens